

A n h a n g

(Der syrische Assassinen-Herrscher) Eleazar, genannt „der Alte vom Berge“, und sein erstgeborener Sohn und Erbe Cleopatras an König Manfred von Sizilien; bekunden ihre Entrüstung über den geplanten Angriff des Papstes (Clemens IV.) und seines Helfers Karl (I. von Anjou) und teilen mit, sie würden Eleazars jüngeren Sohn Bucifalus gegen die Feinde Manfreds entsenden, wenn sich diese nicht bis zum 1. Februar (1266) unterwürfen.

In der Vorstadt von Babilon Mons (Ende 1265).

Basel, Universitätsbibliothek, F V 6 fol. 68^v.

Angulo, qui est in semicirculo unci atque indissolubilis trianguli, angulorum alteri, videlicet Manfredo, Sicilie et Appulie regi ac principi Capuano, illustrissimi atque invicti Frederici quondam Romanorum imperatoris filio, duo anguli supra basim memorati trianguli collocati, videlicet Eleasar, *rex regum ac dominantium dominus*¹⁾, dictus Vetulus de Montanis, ac Cleopatras, eiusdem filius inter quadraginta quatuor liberos primogenitus, regni paterni futurus hereditarius et possessor, se ipsos coequales sibi angulos pro salute.

Cum sit dicti trianguli angulorum paritas pariter et imparitas paritati verum mutuo federe parificata, verisimile est et quasi impossibile aliter se haberi, quam^{a)} passo tertio sepe dicti trianguli angulo reliquos compassionis affectu equanimiter affligendos. Cum igitur nuper auribus intonuerit quidam rumor, quod Christicolarum dux, legifer principalis, erronee^{b)} legis doctor, contra te ausu temerario insurrexerit, nescimus quem Carolum, cuiusdam reguli filium, cum copiosa multitudine pusillanimum^{c)} in suum auxilium invocando, non est mirum, si nostre magnificentie sublimitas super tam temere attemptatum non modicum indignatur, qua indignatione concepta in tam vilium vermiculorum stragem mirabiliter atque inrefrenabiliter exardescit. Quod circa^{d)} volumus, quod universis terre finibus innotescat, quod nisi memorati attemptatores infra Kalendas Februarii temeritati sue predicte^{e)} finem

^{a)} quod Hs. ^{b)} erroneus Hs.; die Verbesserung zu erronee empfiehlt sich, da nach islamischer Auffassung ja nicht der Papst, sondern die christliche Lehre irrtümlich ist ^{c)} pusillanimum Hs. ^{d)} Quod circa vielleicht verschrieben für Quocirca ^{e)} predicti Hs.

¹⁾ 1. Tim. 6, 15; Apoc. 19, 16.